

iungenda philosophia cum theologia. circumstantia cur? de necessitate cognitionis linguarum orientis in vero theologo. circumstantia quomodo? de nexu veritatis & pietatis arctissimo. & circumstantia quando? de ratione theologiae ante repurgatae doctrinae statum.

** Nostra iam ætate de augustana confessione, de opere sanctiorum dogmatum purgandorum vere diuino, & de aliis cognitu necessariis differi posset; nec non de electione pontificum romanorum, in qua purpurati ob obitum papæ summopere fuerunt occupati.

VIII.

Inuento themate, de rationibus, *Confirmatio in-* quibus stabiliri illud poterit, sumus solliciti; id quod facillimum erit factu, *si uenti thematis accedat.* materiam omnem, ad quam reuoluuntur dicenda, in disciplina sua & scientia perlegamus.

VIII.

Rationes, quæ adferuntur, aut *Fontes* probant aut illustrant. *illa* ex triplici *rationum* fonte, *indole* nimirum *ipsius rei*, quam pertractamus, *experientia & testimoniis*; hæ ab *indicer-* *exemplis, similibus & nonnumquam testimo-* *niis* deriuantur. *

* Conferri heic possunt, quæ in notis c. II. sect. 2. §. XXII. & in epistolis c. III. sect. 3. §. VI. seq. animaduerti.

X.